

capunt gloriam Christi, quam bene discipuli, ut amici, ac benevoli percipiunt. Gloriam tuam, non qui te odit, sed qui te diligit agnoscit. Vide lib. 2. c. 6. n. 60. & lib. 3. c. 3. n. 6. & 7.

104. Quod iustus est ad meritum, iniquus est sepe ad damnum.

Sexto. Perpende, quod id, quod iustis est motivum, ut proficiant, ac mereantur, iniquis est occasio, ut in preceps ruant, ac graviter labantur. Hæc verba Judæis ansam præbuerunt, ut eum coram Sacerdotum principe accusarent, ut notavi ad initium quæstionis, Apostolis verò ad fidem, ac meritum inservire, ut notat Evangelista: Cum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sum discipuli ejus, quia hoc dicebat, & crediderunt Scripturæ, & sermone, quem dixit Jesus. Quæ enim iniquis sunt in ruinam, iustis in augmentum præparantur.

Cant. 4.

Ait sponsa: Veni Auster, perfusa horem meum, & fluent aromata illius; Cantic. 4. num. 16. Per Austrem enim intelligitur status Spiritus sancti, ut ex anima pia pullulent aromata operationum virtutum, ut explicat D. Gregorius Nyssenus homil. 10. Theodoretus in Cena trium Patrum. D. Ambrosius in 1. Psalm. Philo Carpathius, Anselm. Rupert. Ezech. 7. Lyran. Hugo.

Greg. Nyss. Theodor. Ambros. Philo Carpathius. Anselm. Rupert. Ezech. 7. Lyran. Hugo.

Chrysof.

in epistol. ad Roman. Quemadmodum ergo, inquit, his auxilio sunt ea etiam, quæ nocent, ut videtur: sic istis, qui illum non amant, ea nocent, quæ auxilium afferunt. Judæis igitur damno erant, & signorum ostensio, & dogmatum rectitudo, & philosophia doctrina. Latro verò in cruce sublatus, clavibus affixus, convitiis affectus, mala infinita tolerans, hinc non solum nocentium nullum accepit, sed vel lucrum majorem in modum tulit. Vide infra n. 116.

Ioannis 2. n. 10. Dixerunt ergo Judæi: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu tribus diebus excitabis illud?

VERSIONES.

S. Prosper de prædict. Dei, nis constructum est, & part. 2. c. 37. quomodo hic dicit: In triduo suscitabo illud? Syriacus. Et tribus diebus illud eriges?

EXPOSITIO.

105. Celsitudinem mysterij quam Christus Dominus valde inclusam dixerat, Judæi non intelligentes de templo exponebant mate-

riali, ac lapideo; irridentesque dicunt: Quadraginta & sex annis, &c. Bene enim agnoscebant, quod ille, qui haberet potestatem erigendi templum illud valde amplum in tribus diebus, posset eos à templo expellere, ideo obstantes dicunt: Quomodo tu tribus diebus excitabis illud? Dominus autem ad hæc nihil respondit; ac proinde nullo rationum pondere nequitiam suam deposituri.

Reversus nullam rationem dedit.

QUESTIO XXI.

Utrum templum illud fuerit ædificatum quadraginta & sex annis?

AUTHORES aliqui fuere existimantes, Judæos in hoc annorum numero mentitos fuisse; nam templum illud multo minori temporis spatio est ædificatum. Tamen longè probabilius, eos ex communi traditione fuisse argumentatos; ac proinde verum protulisse. In hoc ergo annorum numero verificando desudant Authores.

106.

Primum templum Judaicum admirabili magnificentia ædificatum est à Salomone septem annis, & quinque mensibus: nam quarto regni sui anno inchoatum est opus, completerem verò anno undecimo; mense septimo, 3. Reg. 6. num. 37. Et totum ipsum ædificium dirutum est, ac solo æquatum à Nabuchodonosore, 4. Reg. 25. num. 9. Unde improbabilis est sententia Origenis hoc loco existimantis, hic à Judæis fieri mentionem de templo Salomonis; quia, ut ait ipse, quadraginta & sex anni fluxere à præparatione materiae facta à David, consilio Nathan Prophetæ, usque ad ejus consummationem. At hæc imputatio nullam habet fundamentum. Deinde Judæi loquebantur de templo, quod tunc extabat; dixerunt enim: Ædificatum est templum hoc. Salomonis autem opus omnino erat destructum. Quando verò Chrysofomus homil. 22. & Theophylactus aiunt, quod ædificium extructum est viginti annis, non de solius templi, sed etiam simul de domus regie constructione sunt intelligendi.

107. Temp. Salomonis.

3. Reg. 6. 4. Reg. 25. Origen.

Chrysof. Theoph.

108. Secundum templum.

Secundò templum restauratum est, & reedificatum à filiis transmirationis post captivitatem Babylonicam sub Zorobabele principe Juda, & sub Josue summo Pontifice. Exædificandi facultas concessa est à Cyro Rege Persarum anno primo regni sui, 11. Esdræ 1. num. 3. Ædificatio autem cepta est anno secundo ejusdem Cyri, Esdræ 1. c. 3. n. 7. Aggæi 1. n. 1. Aliquando verò impeditum est opus ab inimicis populi Judaici multis bellis, & contradictionibus. Unde dicitur Judæos ædificantes altera manu gladium, altera ædificatorium tenuisse instrumentum. Usque ad eò timebant vicinos Idumæos, non autem Persas, à quibus multos sumptus accipiebant. Et ideo prorogatum est opus usque ad annum secundum Darij Histaspis, in quo omnino perfectum est. Ab anno autem secundo Cyri usque ad secundum Darij Histaspis quadraginta sex anni intercessere, ut tradunt Josephus lib. 11. antiquitat. cap. 4. Eusebius lib. 8. demonstrat. Evangel. cap. 2. Divos Hieronymus in cap. 9. Daniel. D. Basilii Seleucus orat. 38. ubi latè annos numerat.

1. Esdr. 1. 1. Esdr. 3. Aggæi 1.

Joseph. Euseb. Hieron. Basil.

Difficilius restauratio, quam prima productio.

Hic obiter notat cum Beda lib. 3. in Esdras, c. 8. quod multo difficilior est alicujus rei restauratio, quam illius productio & difficilior surgere à peccato, quam innocentiam servare. Sic ait Beda: Facile namque est, conversum quemque ad fidem, agnitionemque veritatis, acceptam vitam innocentiam comitante ejus gratia servare. Sed multum laboris est, eum, qui accepta fidei sacramenta, peccando convennis pristinam recipere dignitatem. Et de hac templi ædificatione locutos fuisse hoc loco Judæos, communis est sententia, D. Chrysof. D. Cyrilli, Euthymij, Theophylacti, Alberti Magni, D. Thomæ, D. Bonaventuræ, Cajetani, & aliorum. Nam quamvis Judæi loquerentur de templo, quod tunc extabat, & ab Herode fuerat instauratum, tamen Zorobabelis templum idem cum Herodiano reputabatur, cum hæc quedam esset instauratio, renovatioque illius, ut patet ex Aggæo 2. num. 7. Magna erit gloria domus istius novissime, plusquam prima. Ubi sermo est de templo à Zorobabele extructo, cujus major gloria fuit, quam excellentia templi Salomonis, quia in eo Christus prædicavit. Ergo templum Zorobabelis reputabatur idem cum Herodiano.

Beda, Chrysof. Euthym. Theoph. Albert. Mag. D. Thom. Bonavent. Cajetan.

Aggæi 2.

109. Brixianus, Baronius, Templum Herodis.

Joseph.

Brixianus verò, & Baronius anno Christi 31. in Epitome Spondani, de templo ab Herode ædificato verba Judæorum explicant, & fuisse veram illorum sententiam hoc sensu, ut tempus respererint quo ab Herode ceptum est ædificari templum, ac inde usque ad præsentem annum numeraverint annos quadraginta sex. Quamvis enim Josephus affirmet lib. 25. antiquit. cap. 14. templum illud novem annis cum dimidio ab Herode absolutum fuisse; tamen ipsemet lib. 29. cap. 8. testatur, perseverasse illius structuram usque ad tempus Neronis, operantibus in ea circiter octo-decim millibus opificum. Quod quidem intelligendum est de absoluta usquequaque fabrica, etiam quoad ornatum tam interiorem, quam exteriorem. Et ita ab exordio ædificationis templi; quæ inchoata est anno decimo octavo regni Herodis, teste Josepho lib. 11. cap. 14. cujus regni anno trigésimo secundo natus est Christus, ab anno decimo octavo usque ad trigésimum secundum sunt quindecim; adde trigésimum primum ætatis Christi, & efficies quadraginta sex.

Ioannis 2. n. 21. Ipse autem dicebat de templo corporis sui.

VERSIONES.

Vatablus in scholiis. Ipse verò dixerat.

EXPOSITIO.

110.

Matth. 26.

Paschas.

IOANNES hæc addit, ut expressè Judæorum refuter errorem, quando Christum accusantes dixerunt: Hic dixit: Possum destruere templum Dei, post triduum reedificare illud; Matth. 26. num. 61. Et quando Christus Dominus presentia dicebat verba: Solvite Templum hoc; ut bene advertit D. Paschasius ad citatum capitulum Matthæi: Templum corporis sui quasi digito rangebat, gestu, ac motu manuum, ac digitorum, non materiale templum, sed se ipsum ostendebat. Attamen Judæorum cæcitas nullo moverur signo, verum in errore obfirmata suo, contra Christi

stum accusationem ponit. Et quamvis Apostoli verba Christi non intellexerint, nihil tamen finistram concepere, ut depravati Judæi, qui magno odio ducti verba hæc usque ad passionis tempus alta mente reposita habuerunt, ut contra Christum objicerent. Et non ait Evangelista, quod Dominus hæc dicebat de se ipso: nam ipse dicit animam, & corpus. Sed tantum ait, quod dicebat de templo corporis sui. Quia ut bene ait Tertullianus lib. de resurrectione carnis, cap. 18. De corpore, inquit, suo dicebat. Atque Tertullianus adeo caro est, quæ morte subtrahitur, ut exinde à cadendo cadaver renuncietur. Anima porrò nec vocabulo cadit, quia nec habitum ruit. Id est, anima, nec moritur secundum nomen, nec secundum essentiam, & potentiam.

Iniquus sermo per observat accursandis rationes.

Ioannis 2. n. 22. Cum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli ejus, quia hoc dicebat: & crediderunt Scripturæ, & sermone, quem dixit Jesus.

VERSIONES.

Syriacus. Quam autem surrexisset à domo mortuorum; recordati sunt discipuli ejus, quod hoc dixisset: & crediderunt Scripturis, & sermone, quem dixerat Iesuchua.

Vatablus. Quam ergo suscitatus esset à mortuis, recordati sunt discipuli ejus quod hoc dixisset illis.

Euthym. tantum habet. Et crediderunt sermone ejus.

EXPOSITIO.

U eleganter ait D. Cyrillus lib. 2. in Joan. cap. 34. Sicut sapiens facile verba sapientia retinet, sic in discipulis Christi, tanquam in molliore cera sermo Salvatoris impressus conservatur. Probi ergo viri, ut contentiosi non sunt, ita vera doctrina tenaces. Quamvis enim Apostoli verba Christi modò non intellexerint, ea ut inutilia non judicaverunt, ut faciunt sæpè præsumptivi de his quæ non intelligunt; sed hujusmodi verba tanquam dicta Domini venerantes semper mente retinere, ac postquam ipsum resuscitatum videre, de iisdem Domini verbis sunt recordati, atque in templi solutione ejus mortem esse; in excitatione verò in tribus diebus resurrectionem suam denuntiatam. Et crediderunt Scripturæ. Euthymius non legit verbum Scripturæ. Sed cum omnibus codicibus legendum est, Crediderunt Scripturæ. Semper discipuli Scripturæ verbis fidem dedere, sed modò firmius, cum Dominum resuscitatum viderunt. Vel (quæ mihi videtur probabilior expositio) crediderunt, Christi mortem, ac resurrectionem

111.

Presumptivi, quæ non intelligit, inutilia prædicat.

Euthym.

in Scriptura contineri, esseque pronuntiatas in ea. Et sermone ejus, quo hujusmodi mytheria prae-dixerat. Imò ob verba, quibus tam profunda ar-cana prænuntiaverat, omnibus ejus verbis credide-runt. Et nota, quod ait Evangelista, *Crediderunt* Scripturae, & sermone, quem dixerat Jesus; prius memorat, non sermonem Domini, sed Scripturam, hæc namque utpote antiquior, & quæ testimo-nium de Christo dabat, maxime veneranda.

Veneranda, quæ de te-stantur Testi-monium.

Ioannis 2. n. 23. Cum autem esset Jeroso-lymis in Pascha in die festo, multi credide-runt in nomine ejus, videntes signa ejus, quæ faciebat.

VERSIONES.

Syriacus. Multi crediderunt in eum qui viderunt signa, quæ edebat.

Vatablus Pa- gnius. Crediderunt in nomen ejus.

EXPOSITIO.

112.

ASCENDEBAT Dominus Jeru-salem, ut celebraret Paschale festum. Domini Ascensiones semper in utilitatem nostram, ut mul-tos ad suam adduceret fidem. Et in ipsa solem-nitate, magnoque totius populi concursu multa edidit signa: semper enim doctrina Christi fu-git angulos, & quaerit publicum. Multi credide-runt. Maldonatus de fide vera explicat. Tamen probabilior est sententia D. Chrysostr. Theophyl. Euthym. Alb. Mag.

Christi do-ctrina quaerit publicum. Maldonat. Chrysostr. Theophyl. Euthym. Alb. Mag.

Janfen. Barradas.

Joan. 3.

113.

Chrysostr. D. Thom.

Joan. 20.

SCENDEBAT Dominus Jeru-salem, ut celebraret Paschale festum. Domini Ascensiones semper in utilitatem nostram, ut mul-tos ad suam adduceret fidem. Et in ipsa solem-nitate, magnoque totius populi concursu multa edidit signa: semper enim doctrina Christi fu-git angulos, & quaerit publicum. Multi credide-runt. Maldonatus de fide vera explicat. Tamen probabilior est sententia D. Chrysostr. Theophyl. Euthym. Alb. Mag. Videntes signa, quæ faciebat. Ratio; quæ eos induxit ad credendum, extiterunt ipsa miracula, quæ viderunt; ex quo eorum notatur imperfec-tionem, ut advertunt D. Chrysostr. D. Tho-mas, dupliciter aliqui credunt: quidam namque propter miracula visa, alij verò propter prædica-tionem; sed commendabiliores, qui propter do-ctrinam credunt, ut Apostoli, sunt enim magis spirituales, quam qui propter signa, qui grossiores sunt, & magis sensibiles; enim verò de illis dixit Christus: *Beati, qui non viderunt, & credide-runt*, Joan. 20. num. 29.

Janfen. Barradas.

Joan. 3.

113.

Chrysostr. D. Thom.

Joan. 20.

Videntes signa, quæ faciebat. Ratio; quæ eos induxit ad credendum, extiterunt ipsa miracula, quæ viderunt; ex quo eorum notatur imperfec-tionem, ut advertunt D. Chrysostr. D. Tho-mas, dupliciter aliqui credunt: quidam namque propter miracula visa, alij verò propter prædica-tionem; sed commendabiliores, qui propter do-ctrinam credunt, ut Apostoli, sunt enim magis spirituales, quam qui propter signa, qui grossiores sunt, & magis sensibiles; enim verò de illis dixit Christus: *Beati, qui non viderunt, & credide-runt*, Joan. 20. num. 29.

QUÆSTIO XXII.

Quare Evangelista non explicat, quæ signa, & miracula his fecerit Dominus?

AIT Evangelista, quod multi sint ad Domi-num conversi videntes signa, quæ faciebat; tamen explicat, quæ signa fuerint hæc. Cu-jus rei inquirimus rationem. Responder Maldon. natus, quod conjectura hujus silentij est, quod Evangelista properabat ad exponendam Christi doctrinam, in quæ potissimum videmus versari Joannem, & ideo consultò multa miracula præ-terit. Hæc tamen ratio non videtur multum efficax, quia aliàs valde rarò Evangelistæ narra-ssent miracula; quod tamen aliter ab eis frequen-ter fit.

Ideo dicendum cum Origene ac D. Thoma quod Evangelistæ scienter multa prætermiserunt de miraculis Christi: *Sunt & alia multa, quæ fecit Jesus.* &c. Joan. 21. num. 25. Et de hoc deno-tat Evangelista, dum ait: *Videntes signa quæ faciebat; quæ prætermissa sunt.* Quia non fuit inten-tio Evangelistarum omnia signa Jesu scribere, sed tantùm illa, quæ erant necessaria ad Eccle-siam fidelium instruendam, ac ad nostram erudi-tionem, cum omnia ejus opera essent inenarrabi-lia. Et hæc est vera, & germana ratio. Et ita Theophyl. Theophylactus in cap. 3. Joan. ad illa verba: *nemo potest hæc signa facere; sic ait: Nota autem, quod quamvis Christus multa fecerit miracula, nullum tamen illorum narrat Evangelista, vel quod ab alijs traduntur Evangelistis, vel quod majora sint, quam quæ particulatim recensentur.*

Aliter etiam responder Origenes, quod inter alia miracula maximum, & præcipuum signum reputatur, quod cum flagello ex funiculis facto tantam hominum multitudinem Jesus de tem-plo solus eiecerit. Hac tamen ejectione, ut dixi supra quæst. 20. num. 104. Judæi obdurati sunt, ac firmati in sua malitia, ut Dominum accusarent passionis tempore, ut ibi notavi. At verò hi, de quibus Evangelista loquitur hoc loco, habuerunt motivum in Dominum credendi, & cum agno-scendi, Multa miracula, & signa fecit Dominus in Aegypto, quibus induratum est cor Pharaonis, *Exod. 7. num. 22. & 8. num. 32. & 11. num. 9.* Et tamen illis signis, portentisque visus Israëliti-cus populus credidit Domino, & adoravit eum. *Exod. 4. num. 31. & 12. num. 27.* Eisdem signis cor Pharaonis ingravitur, & populus Israëliticus su-premam Dei recognoscit, ac fatetur majestatem. Eodem sæpe motivo, quo depravatus corruit, si-delis erigitur, ac roboratur. OEcumenius: *Andita Dei visitatione, Israël pronus adorat, & prodigijs factis Pharaon cum suis ad extremum malitiæ percur-rat.* Vide supra num. 104.

Ioannis 2. n. 24. Ipse autem Jesus non cre-debat semetipsum eis; eo quod ipse nosset omnes.

VER

VERSIONES.

Aliqui ex Græco. Jesus non fidebat semetipsum eis. Euthymius. Eo quod nosset omnia.

EXPOSITIO.

117. EXPLICAT Evangelista, qualiter Do-minus se habuerit circa ipsos credentes. Et quantum ad præsens attinet, credere duo significat; primum, mentis assensum, quo alicui assentimur, ut dicitur Joan. 1. *Ut omnes crederent per illum;* & Joan. 3. num. 18. *Qui credis, in eum, non judicatur.* Alterum, significat alicui committere, seu fidere. Ad Roman. 3. n. 2. *Credita sunt illis eloquia Dei;* Ad Galat. 2. num. 7. *Credidimus est mihi Evangelium;* & in hac signifi-catione fumitur hic, Et ideo aliqui transule-runt: *Jesus non fidebat semetipsum eis;* ut secun-dè cum eis versaretur, sicut ambulabat cum suis fidelibus discipulis, ac veris ex corde fam-iliaribus. Illa autem particula *eis*, non se cre-debat eis, Janfenius, ac Cajetanus referunt ad Ju-dæos, qui ad Paschale festum celebrandum Jerosolymam venerant; ut sit sensus; *Jesus non se fi-debat Judæis, qui convenerant ad Paschale festum; nam ex eis multi signa quaesierunt; & mul-ti crediderunt De eis inquit, in genere loqui-tur.* Tamen tenendum est cum D. Augustino, D. Cyrillo, Euthymio; Alberto Magno, D. Thoma, D. Bonaventura, Carthusiano, quod illud pronomen relatiivum *eis* refertur ad pro-ximè dicta, nempe ad credentes. Et est legitimus sensus: *Multi crediderunt in eum, tamen Jesus non se credebat eis.* Rationem autem hujus rei appo-nit Evangelista: *Eo quod ipse nosset omnes;* seu ut habet Euthymius: *Omnia, ipse enim intueba-tur eorum fidem, animum, & intentionem.* Jeremias 5. num. 3. *Domine oculi tui respiciunt fidem* Ad Hebr. 4. num. 13. *Omnia autem nuda & aperta sunt oculis ejus.*

Joan. 1. & 3.

Roman. Galat. 2.

Janfen. Cajetan.

August. Cyrill. Euthym.

Albert. Mag. D. Thom.

D. Bonavent. Carthuf.

Jerem. 5. Hebr. 4.

QUÆSTIO XXIII.

Quare cum multi in Christum crederent, etiam men Dominus non se credebat eis?

118.

August.

Christus non se credit Ca-techumeni.

Participatio- nem Christi signum amicitiae Dei.

HUJUS rei aliqua sunt rationes. Et primò rem valde moraliter explicat D. Augustinus tract. 11. in Joan. dum in his credentibus intelligit Catechumenos, qui licet credant in Christum, Christus non se credit eis. Et ita ait S. Doctor: *Si dixerimus Catechumeno: Credis in Christo? Respondit: Credo; signat se cruce Christi, portat in fronte, & non erubescit de cruce Christi. Ecce credit in nomine ejus. Interrogemus eum: Manducas carnem filii hominis, & bibis sanguinem filii hominis? nescit, quid dicimus quia Jesus non se credit ei.* Tunc dignoscitur perfecta inter duos amicitia, quando quilibet alteri se fidit, ac committit. Quamvis Catechumenus Christo se credat, cum tamen ad sacras aquas baptismales nondum accesserit, Christus non se credit ei: cujus rei signum est, quia nondum ei sacratissimum suum præbet corpus, nec dum

illi sanguinis sui sacratissimum porrigit pocu-lum. Intimè ergo amicitia signum erga Deum tunc se manifestat, cum suos Dominus ad men-sam vocat. Et ita dicebat Christus Dominus, *Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.* Cant. 5. num. 1.

Secundò D. Cyrillus lib. 2. in Joan. cap. 36. *Non est stabilis fides eorum, ut qui nuper crediderunt: nec mens firma inest in fide recentibus, cum ad bonam pietate firmati non sint; quare nec Christus hujus-modi se hominibus credit: quamvis etiam hinc nobis ostendat, non repente, sed longa meditatione bonorum habituum roborari.* Cum in istis credentibus ex signorum visione de infidelibus ad fideles su-bitæ esset facta mutatio, ipsique nuper venirent, atque in fide non multum essent roborati, ideo Dominus non se credit eis: hoc enim ex prudentiæ dictamine ad eruditionem nostram, persisten-tiam magnam, longamque requirit experientiam, Vide l. b. 1. cap. 5. n. 17.

Tertiò Albertus Magnus. *Ipse non se credebat eis, ait, quia isti temporales erant, & ad tempus credebant, & in tempore tentationis recedebant.* Sunt autem multi fortunæ servientes, qui non tui, sed sui ipsius sunt amici. Quartò, Cajetanus. *Jesus non credebat semetipsum; hoc est, non confidebat de vita propria in eis. Et hoc dicit, non ad significandum timorem, sed ad excludendam falsam confidentiam.* Quintò, Quamvis enim bo-no amico omnia sint committenda hæc tamen invenire, est valde difficile: & ideo super hoc negotio est maxime insudandum, ut talem reperias. Seneca epist. 3. ita monet. *Diu cogita an tibi in amicitiam aliquis recipiendus sit: cum placuerit fieri; toto illum pectore admittite.*

Sextò D. Chrysostr. homil. 23. *Non curabat Dominus, ait exteriora verba, qui in ipsos animos ingreditur, qui in humanas cogitationes irrumpit, qui eorum seroorem max frigescere cognoscebat: neque ac si perfecti essent discipuli, eis fidebat: nec a canonum doctrinam, tanquam fidelibus credebat.* Cum istorum credentium frivolum si- dem Dominus cognosceret, secreta sua eis com-mittere noluit, ut cum suis vere discipulis com-municabat, hæc enim cum vero tantum, ac inti-mo amico sunt tradenda. Cum Christus Domi-nus discipulis suis apperiret, arcana æterni Paren- tis sibi esse revelata, ac eorum participes eos fa-ceret, statim amicos appellat: *Iam non dicam vos servos, quia servus nescit, quid faciat Domi-nus ejus: vos autem dixi amicos, quia omnia, qua-cumque audivi à Patre meo; nota feci vobis,* Joan-nis 15. num. 15. Sæpe Christus Dominus disci-pulos suos vocavit Apostolos, Prædicates, Pisce-atores, Messores, Sal terræ, Lucem mundi, hic tamen amicos vocat. Et cur potius amici, quàm alio nomine dicuntur? Intima cor-dis sui eis Dominus manifestabat; & qui secre-torum consilij fiebant, fidelissimos amicos neces-se erat reputari. D. Thomas ibi: *Verum enim ami-citiæ signum est, quod amicus amico suo cordis se-creta revelat. Cum enim amicorum sit cor unum, & anima una, non videtur amicos extra cor suum ponere, quod amico revelat.* Cum igitur Apostoli mysteriorum Domini facti essent participes, nul-lo alio nomine congruentius dici poterant quàm amici postquam Judas rem habuit cum Thamar, per pastorem suum mist promissa. Ita ait sacer-tus: *Misti Judas hædum per pastorem suum*

Sextò D. Chrysostr. homil. 23. *Non curabat Dominus, ait exteriora verba, qui in ipsos animos ingreditur, qui in humanas cogitationes irrumpit, qui eorum seroorem max frigescere cognoscebat: neque ac si perfecti essent discipuli, eis fidebat: nec a canonum doctrinam, tanquam fidelibus credebat.* Cum istorum credentium frivolum si- dem Dominus cognosceret, secreta sua eis com-mittere noluit, ut cum suis vere discipulis com-municabat, hæc enim cum vero tantum, ac inti-mo amico sunt tradenda. Cum Christus Domi-nus discipulis suis apperiret, arcana æterni Paren- tis sibi esse revelata, ac eorum participes eos fa-ceret, statim amicos appellat: *Iam non dicam vos servos, quia servus nescit, quid faciat Domi-nus ejus: vos autem dixi amicos, quia omnia, qua-cumque audivi à Patre meo; nota feci vobis,* Joan-nis 15. num. 15. Sæpe Christus Dominus disci-pulos suos vocavit Apostolos, Prædicates, Pisce-atores, Messores, Sal terræ, Lucem mundi, hic tamen amicos vocat. Et cur potius amici, quàm alio nomine dicuntur? Intima cor-dis sui eis Dominus manifestabat; & qui secre-torum consilij fiebant, fidelissimos amicos neces-se erat reputari. D. Thomas ibi: *Verum enim ami-citiæ signum est, quod amicus amico suo cordis se-creta revelat. Cum enim amicorum sit cor unum, & anima una, non videtur amicos extra cor suum ponere, quod amico revelat.* Cum igitur Apostoli mysteriorum Domini facti essent participes, nul-lo alio nomine congruentius dici poterant quàm amici postquam Judas rem habuit cum Thamar, per pastorem suum mist promissa. Ita ait sacer-tus: *Misti Judas hædum per pastorem suum*

Odolus